



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrio, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Qvæstio I. Quid sit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)



LIBRI III.  
PARS POSTERIOR  
SIVE

DE VANA OBSERVANTIA.

QVÆSTIO I.

*Quid sit?*

**E** hac egit D. Thomas 2:  
2. q. 96. Potest definiri,  
*Vana observantia est, Magia superstitionis, qua commodum aliquid speratur ex re, qua nec supernaturaliter eo pertinet, neque naturaliter id praestare potest.* Dicitur *vana*, quia vel non consequitur effectum intentum; vel si consequatur plus noxae, quam commodi adfert, quia homo illa viens tantum percipit utilitatem in rebus corporeis vel temporalibus, animè vero detrimentum refert. *Dixi, nec supernaturaliter, quia qui effectum expectant à Deo, per media Deo displicentia; ii. vani sunt.*

QVÆSTIO II.

*Quale peccatum sit?*

**A**liquando lethale, aliquando veniale. Lethale erit primo si fiat ex pacto expresso cum dæmone. Secundò si quis gnarus sit saltē subesse pāctū tacitū, sive cum admonitus.

**A** non vult desistere. *a Venibile est, quādiu quis ignorat tale peccatum cum dæmone, si tamen nec ipse tenetur scire, nec fuit admonitus.* *b Intellige de eo, qui nec consuluit peritos. Nam licet, quis ratione officii vel status nō teneatur scire, tenetur tamen, ut incipit dubitare, cōsilium petere à doctis: quod si non faciat, negligēs est, potuit enim scire, & ideo non ignorat inuincibiliter.* *Nullum est peccatum, quando quis ioco tantū facit, sine præiudicio, vel periculo sui aut alterius:* *c item si quis laboret ignorantia inuincibili, & vtūtū mediis vel bonis, vel indiferentibus.*

*a Silu. verbo superflui  
ti q. 10 in  
fīu.  
b Silu. su  
pra Naua  
c. II. Ma  
nual. d'ep̄fī  
communū*

*c Caieta et  
Valē add.  
q. 96.*

QVÆSTIO III.

*Quotuplex sit?*

**S**i causam finalem adspicias, potest reduci ad quatuor qualis species. *Prima est, quando exspectatur commodum in rebus exterioribus seu fortunæ, ut in animalibus, vegetib⁹, vītēs, bona aeris substitutione; &c. quando exspectatur bonum aliquod cor-*

Kkk 3. peris.